Concilij Trident. locus sess. 7. c. 7. refertur. 16.1.1

Concil. Trident. locus refertur sess. 6. de reformat. c. 2. & sess. 25. c. 4. & eadem sess. 25. de reformat. c. 25. quibus est cautum, in qualibet congruæ portio assignatione ordinarij posse appellatione postposita exequi. ibid.

Concil. Trident. sess. 21. de reformat. c. 6. verba recensentur. 21.2.47

Concil. Trident. verba ponderantur in d. cap. 18. sess. 24. de reformat. 22.2.56. & Ecclesiæ vacanti deputatus vicarius etiam appell. pendente, non amouendus donec de Rectore prouideatur. ibid.

Concil. Trident. sess. 21. de reformatione c. 7. expenditur. 53.1.14

Concil. Trid. sess. 21. de reformat. c. 8. verba expenduntur. ibid. 2.18

Concil. Trident. sess. 7. de reformat. c. 8. refertur dispositio. ibid.

Concil. Trident. sess. 13. de reformat. cap. 1. verba recensentur. 66.1.79

Concil. Trid. sess. 22. de reformat. cap. 10. verba expenduntur. 80.2.2

Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 18. & motus proprii Pij V. dispositio loquens in ordinario habet etiam locum in Episcopo prorogato. 161.2.19

Conclusio in causa semper supplet citationis ad sententiam defectum, intimata vtrique parti eius discussione. 118.2.254

Quod fallit si conclusio non est formiter & solemniter facta. ibid. 255

Concursus est præcisè faciendus in prouisione Parochialis, ergo edictum est necessarium: non est legitimum argumentum. 98.2.51

Concursus, & examen ante lapsum terminum edictorum est nullum. 99.1.64

Concursus factus intra terminum edictorum an sustineatur, si alius oppositor non compareat. ibid. 2.65

Concursus per examen in prouisione Parochialis requiritur pro forma, ita vt eius omisso illam vitet, ac nullam reddat. 100.2.77

Concursus etiam requiritur pro forma in Parochialis iuris patronatus Ecclesiastici. ibid. 80

Concursus ad Parochialem iuris patronatus Ecclesiastici, sicut & alias merè collatiuus etiam seruatus suæ sanctitati, & etiam in mensibus seruatus, debet fieri ab ordinario, & tunc in mensibus seruatus electio est Episcopi, non patroni. 102.2.98. & seq.

Concursus ad Parochialem iuris patronat. laici in quibus casibus requiritur, remissiuè. 103.2.1

Concursus an sit necessarius in beneficio iuris patronatus mixti Ecclesiastici & laici, affirmatiuè resoluitur. ibid. 107

Concursus est necessarius in Parochiali iuris patronat. mixti pro vna tantum parte, pertinentis ad Clericos, & pro duabus ad laicos. ibid. 108

Concursus est necessarius in prouisione dignitatis vniuersitatis Parochialis æquè principaliter. 104.2.116

Concursus in parochiali iuris patronatus laici non requiritur, quando vnus tantum presentatur à patrono, secus autem quando plures à patrono presentantur, quia inter ipsos & non alios necessarius est concursus, & ex approbatis vnus eligit ordinarius. 105.1.123

Quod procedit, quando singuli presentati à Patronis laicis habent æqualem seu æquales voces, quia tunc inter ipsos habebit locum concursus, secus si aliquis haberet plures, aut maiores voces, & maiorem partem patronorum, quia is dumtaxat erit examinandus. ibid. 124. quod fallit. 128

Concursus non est necessarius in prouisione Vicariæ perpetuæ, sed solum ad nominationem, seu presentationem eius, cuius dignitati aut Ecclesiæ vniuersitatis Parochialis, faciendæ est institutio & prouisio. 109.1.156

Concursus cessat in beneficio litigioso cedente vel decedente colligante, cum nec ordinarius conferre, patronus presentare, elector eligere possit. 110.2.169

Concursus loci habet in Parochiali litigiosa, quando per Pontificem facta est subrogatio gratiosa alicui,

& Verborum.

alicui, quam superstiti. ibid. 170

Concursus factus in subrogatione gratiosa electo vt magis digno non est faciendæ collatio, quousque lis finiat, & vincatur superstes, potest tamen admitti electus pro suo interelle in statu litis. 111.1.171

Concursus & electione Rectoris facta per ordinarij discretam possessionem aliqua iusta causa, si superior de appellatione cognoscens interim renouato concursu, & electione, potest suam sententiam executioni mandare, & aliquem in possessionem mittere vacantem, non obstante appellatione. 42.2.32

Concursus peracto in Parochiali iuris patronatus mixti Ecclesiastici & laicalis, ex approbatis, patroni presentant ordinario instituentum. 104.1.109

Condemnata ciuitas ad subuersionem murorum, si semel ditius iterum eo reedificet, non satisfacit sententiæ, quia debent manere destructi. 506.2.26

Condemnatio requirit scripturam, & non scripta in sententia non veniunt. 402.1.6

Condemnatio super principali, inducit absolutiorem super incidenti, quod subsistere non potest subsistente principali. 404.1.28

Condemnatione facta vigore statuti aut ordinarij ciuitatis super vestibus, & cibis disponens à mille marapetinis infra non admittitur appellatio suspensiuæ, ex regia. 11.1.55

Condemnatus præsumptione iuris & de iure, dicitur conuictus & confessus, ac ideo nullo modo auditur appellans. 66.2.83

Condemnatus principaliter & immediatè ad possessionem tradendam vigore contractus appellat, & cur. 182.2.101

Condemnatus ad liberè dimittendum possessionem appellat, quia continet mixturam. 183.1.104

Condemnatus antequam declaretur vigore executorialium, præmittit Rota quatuor citationes, vt doceat cur illis non paruerit. 254.2.81

Condemnatus ad rem tradendam non cogitur præcisè, si non habet facultatem rei tradendæ, puta, quia abijt, vel aliter perijt, quia tunc in estimatione sit executio. 307.1.33. & sequentibus. Quod procedit etiam in depositatio, mandatario, & venditore. 307.2.34

Condemnatus ad recipiendam aliquam in vxorem, cogendus est per censuras. 310.2.65

Condemnatus recipere aliquam in vxorem, quibus ex causis cogendus non sit, sed in executione executorialium superfedendum, remissiuè. 311.1.66

Condemnatus in concessoria, compellitur præstare patientiam seruituti. 312.2.82

Condemnatus in iuribus incorporalibus compellitur pro patientia, sicut in corporalibus pro actuali traditione. ibid. 83

Condemnatus ad cedendum vel renuntiandum officium aut beneficium, si monitus nolit renuntiare, in interpretatione habetur pro renuntiante. ibid. 87

Condemnatus ad tradendum instrumentum debiti, si id non reperitur, compellitur ad conficiendum instrumentum liberationis. 313.2.97

Condemnatus ad id quod est impossibile facere, sed honestum, compellitur eo modo quo potest. ibid. 98

Condemnatus aliquem facere indemnem ab obligatione, si hæc sit extincta, eo modo quo potest debet indemnem seruare. 314.1.99

Idem modus & forma seruatur in executione instrumenti Cameralis continentis quantitates, speciem certam, factum, aut ius incorporale, quæ seruatur in executorialibus, quia à iure æquiparantur. ibid. 100

Condemnatus curet appellare coram executorè à sententia, quam exequi vult intra terminum ad appellandum, cum antea sibi non fuerit intimata, & cum protestatione adeundi superiorem qui eam tulit. 321.2.59

Condemnatus ad rei commodatæ, aut depositæ, aut perditæ restitutionem, & eius veram æstimationem, si res deueniant in potestatem domini, potest de hac legitima exceptione opponere executioni, & admittenda. 340.1.117

Condemnatus respectu officij potest executionem impedire iuris proprii ratione. 388.1.274

Condemnatus ad restitutionem beneficij & fructuum perceptorum, non tenetur restituere distributiones quotidianas, 410.2.82

Condemnatus ad restitutionem beneficij & fructuum perceptorum non restituit elemosinas, funeraria, & oblationes, aliæque incerta. 411.1.83

Condemnatus ad restitutionem fructuum beneficij, intelligitur in distributionibus quotidianis, si beneficium non habeat grossam, nec verba sententiæ inania reddantur. ibid. 2.87

Condemnatus rationem reddere virtualiter censetur cõdemnatus ad reliquorum solutionem nouo non expectato processu. 417.1.142

Condemnatus per sententiam ad id quod per calculatores liquidabitur, facta liquidatione alia non requiritur condemnatio. ibid. 2.148

Condemnatus ad reddendum triticum in specie, si qualitas non sit expressa in sententia, an excedat executor si compellat ad præstandum optimum triticum. 418.2.154

Et quid in condemnato ex causa legati tritici. ibid. 155

Et quid de aliis rebus que terminos habent à natura, seu quæ facto hominis finem habent: vt vestis, cuius qualitas sunt præstanda vt iudicatis satisfiat. ibid. remissiuè.

Condemnatus ad restitutionem rerum ex iudicio particulari, seu vniuersali quas tempore litis motæ non possidebat, si tamen re iam iudicata ceperit possidere, an compelli possit per executores ad illarum restitutionem absque reatu excessus. ibid. 156

Condemnatus Clericus ad priuationem beneficij si à Papa restituatur an recuperet beneficium, & quid si sit alteri iam collatum. 421.1.179. remissiuè.

Condemnatus recuperat melioramenta rei etiam si in sententia nihil sit dictum, sed in eius fauorem pristinus rei status attenditur ad hunc effectum. 422.2.200

Condemnatus vel obligatus per quarentigiam ad fructus, damna, aut interese, in executione facta liquidatione soluit. 428.2.5

Condemnatus ad restitutionem equarum seu vacarum con partos y pos partos an excedat executor, si huiusmodi post partus in infinitum vsque ad tempus præsens voluerit liquidare. 433.1.46

Condemnatus ad fructus rei restitutionem, an possit in executoris articulo opponere se illos non percipisse. 436.2.74

Condem

Index Rerum,

Condemnatus in fructibus rei etiam attentans, probans se non percepisse fructus, cuitat executionem sententiae. **ibid.** 75
 Condemnatus ad fructus beneficii potest executioni opponere se illos conuertisse in utilitatem beneficii. **437.1.30**
 Condemnatus ad tot modios tritici, an & quando in ipsa specie, vel in eius valore executor exequi possit. **442.2.136**
 Condemnatus ad restituendum certos modios tritici non expressa eius bonitate, eam victor probare tenetur, alias sententia debitor satisfacit etiam vilissimam praestando. **443.2.143**
 Condemnatus ad interesse propter moram soluendi usque ad sententiam, si post eam perseueret in mora, aetione iudicati tenetur ad illud etiam post sententiam. **448.2.22**
 Condemnatus ad centum, & si non soluat intra tot dies, mittatur in exilium, termino transacto poterit iudex exequi poenam comminatum ob non solutionem pecuniae. **451.2.47**
 Condemnatus ad centum, quae si soluere noluerit, aut non poterit, mittatur in exilium, quod sit tempus expectandum solutionis praestandae, ut poena comminata exequatur. **ibid.** 48
 Tunc decem dierum terminus expectandus est, currens a die intimationis & monitionis, iuxta magis communem opinionem. **452.1.49**
 Condemnatus ad tradendum instrumentum debiti soluti, si non reperitur, cogitur liberare videtorem. **466.2.92**
 Condemnatus ad centum, quae si non soluat, condemnatur ad exilium, non soluendo fit executio in secunda parte sententiae. **468.1.107**
 Condemnatus ad plurimum rerum restitutionem, an propter expensas in vna factas, executio suspendatur in aliis sequutis, & non melioratis. **477.2.63**
 Condemnatus in expensis non potest appellare a rota taxatione executoris, sed ab excessu, quia foret appellare a sententia transacta in rem iudicatam, & eius petere rescissionem. **504.1.209**
 Condemnatus vel obligatus ad rem tradendam, si semel tradiderit, liberatur, & obligatio non reuiviscit, licet eadem res ad obligatum redierit. **505.2.220**
 Condemnatus ad rem restituendam semel facta restitutione, si iterum recuperet, non intelligitur ab obligatione iudicati liberatus. **506.1.225**
 Condemnatus ad rei restitutionem, illam potest retinere, donec sibi de melioramentis satisfiat. **510.1.263**
 Condemnato ad possessionis restitutionem, competentem retentionem dumtaxat, licet appellare. **183.2.115**
 Condemnato ad rei restitutionem quam possidet, danda est cautio, si reus de dominio opponat, qua praestita non suspenditur executio. **361.2.67**
 Condemnato retractante rem aditam intra tempus legis, vectigal a publicano recuperat etiam, cuius ius pendebat ab hac causa variabili. **488.2.38**
 Condemnatum ad interesse propter moram, an executor possit compellere, & taxare interesse postea causarum ob moram partitionis sententiae. **448.1.20**
 Condemnatum ad interesse debitum iure actionis, an possit compellere executor illud praestare decessum etiam usque ad partitionem sententiae. **ibid.** 2.23

Condemnatum ad praestanda alimenta alicui usque ad pubertatem, an excedat executor, si illum compellat praestare fecerint ultra duodecim annos, & masculo ultra quatuordecim. **449.2.33**
 Condemnati ciues alicuius ciuitatis, censentur etiam condemnati habitatores castri ciuitati subiecti, quia ciues ciuitatis etiam sunt. **441.2.122**
 Condemnati plures simpliciter intelliguntur pro rata condemnati, licet vnusquisque in solidum fuerit per scripturam obligatus, aut de iure. **469.1.114**
 Condemnati plures colligantes simpliciter in expensis vnusquisque tenetur pro parte sua dumtaxat. **ibid.** 118
 Condemnatis decem dies dantur tam de consuetudine, quam iure regio ad soluendum, quos potest iudex ex causa abbreviare aut ampliare suo arbitrio. **446.2.3**
 Conditio debet adimpleri ita ut interim suspendat dispositionem. **475.1.30**
 Conditio importat formam. **ibid.** 32
 Conditio respiciens principalem dispositionem & substantiam, ipsam reddunt conditionalem. **476.2.53**
 Conditio apposita in executiis sententiae, aut alterius dispositionis, non facit sententiam aut dispositionem conditionalem, sed pura remanet, eius tamen effectus & executio suspensa est in tempus. **ibid.** 54
 Conditio adimpleri debet in specifica forma, non per aequipollens. **477.1.58**
 Conditio non seruata actus corrumpit. **475.1.33**
 Confessio ut tollat in criminalibus appellationem, requirit spontaneam, non per torturam, aut illius formidine. **199.2.13**
 Confessio spontanea dicitur, quae post torturam illatam legitimis praecedentibus iudicis ratificatur, quae appellationem impedit. **200.1.15**
 Confessio eius, ad quod quis est in ciuilibus condemnatus, emanata post sententiam impedit appellationem. **ibid.** 16
 Confessio post sententiam in criminali causa non impedit appellationem. **ibid.** 17
 Confessio partis validat omnes defectus processus, & ordinis iudicialis. **380.1.211. & 478.2.72.** vbi de ampliationibus & limitationibus.
 Confessus & conuictus simul in delictis non auditur appellas, sed iudici exequi permittitur. **199.1.10**
 Et in quibus delictis. **ibid.** 11
 Confessus & conuictus in criminalibus & pecuniariis causis non auditur appellans. **ibid.** 2.12
 Confessus reus, tantum si in appellatione inserat aliquam causam offuscantem eius confessionem appellare potest. **200.2.20. & 22**
 Confessus sponte & condemnatus si nullam inserat in appellatione causam offuscantem confessionem non appellat, sed sententia exequitur ea non obstante. **ibid.** 21
 Quod procedit tam de iure canonico, quam ciuili. **201.1.22**
 Et tam in ciuilibus causis, quam in criminalibus. **ibid.** 23
 Confirmatio nihil noui dat, nec augeat dispositionem, nec aliquod obstaculum tollit. **450.1.37**
 Conformitas datur vbi adest identitas rei, causae, & personatum, siue verè, siue interpretatiue. **217.1.26**
 Congrua assignata etiam clerico suspeso a beneficio, non

& Verborum.

non suspenditur per appellationem subsecutam. **16.2.6**
 Congrua praestari iubetur per sententiam prouisionalem, & ideo non suspenditur. **ibid.** 7
 Congrua Vicario assignanda est ex fructibus eiusdem beneficii, alius tamen referuatis successori. **22.2.54**
 Congrua Parochis non potest esse minor centum ducatis. **23.1.60**
 Congrua noua assignatione facta per ordinarium Rectori beneficii appellationi emissa non est deferendum, quia caret suspensiuo. **16.1.1**
 Congrua in assignatione Episcopus procedit secundum conscientiam, & velo leuato, semotis omnibus exceptionibus, & per consequens semota appellatione. **ibid.** 2.2
 in Congrua assignatione tractatur de alimentis praestandis iudicis officio. **ibid.** 3
 a Congrua assignatione, sicut ab alimentorum praestatione non admittitur suspensiuo appellatio. **ibid.** 4
 Ab excessu congruae assignatione appellationi interiecta deferendum non est. **17.1.9**
 In fauorem congruae aut alimentorum assignatione, inductum est privilegium, & ratio prohibendi appellationem suspensiuam. **ibid.** 2.14
 Congrua ex antiquo constituta quando per Rectorem agitur ad augmentum, ex quo incidit tractatur de pensionis reformatione, appellationi ab augmento congruae, & incidit a diminutione pensionis non est deferendum. **18.2.23**
 Congrua & alimentorum augmentum vbi concurrunt in eadem sententia cum pensionis diminutione quoad appellationis prohibitionem diuersa sunt qualitates, & quae praevalet. **19.2.29**
 Congrua augmentum cum sit causa diminutionis pensionis, illius naturam attendere debemus. **20.1.31**
 Congrua augmentum & pensionis concurrunt circa vnum & idem indissolubile. **ibid.** 35
 Congrua petitio non habet locum in beneficiis simplicibus, sed in curam animarum habentibus dumtaxat. **21.1.41**
 Congrua assignata economo & Vicario Ecclesiae vacanti deputato an suspendatur per appellationem subsecutam. **ibid.** 51
 Conuictus potest constare quem agere vel contra here nomine administrationis. **390.1.299**
 Connexa capitula dicuntur, quae ex continentia factorum separationem non recipiunt. **211.1.38**
 Connexa capitula, seu separata quae dicuntur. **ibid.** 39. remissive.
 Connexa vnum reputantur indiuiduum ratione connexitatis. **ibid.** 2.42
 Redditur exemplum. **ibid.**
 Quae non possunt nisi connexè produci, non possunt nisi connexè tolli. **439.1.96**
 Conscientia quando a iure iudici est onerata, appellatio regulariter non suspendit. **16.2.5**
 Conscientia vbi sit onerata iudici siue iure, siue forma commissionis & rescripti, appellatio nec suspendit, nec impedit executionem. **191.2.37**
 Conscientia iudicis vbi non est onerata simpliciter, sed aliquid simul sit appositum respiciens iustitiam, appellatio non est prohibita. **192.1.40. & 47**
 Conscientia cui aliquid terminandum committitur, debet esse cum iudicio discretionis. **ibid.** 2.46. & 47
 Conscientiae solus Deus superior est, & ideo ad alium vt inferiorem appellari non debet. **ibid.** 1.39
 Conseruare aliud est, aliud de nouo acquirere. **137.2.109**

Consilium Regium non cognoscit de iure Regio patronatus in consistorialibus competente, de quo non dubitatur, nec ibi institutio aut collatio fit. **146.1.193**
 Agit tantum de qualitate extrinseca Ecclesiae contenta in Bullis Pontificalibus, an beneficium sit consistoriale necne, quod est quid facti, non autem spiritualitatis. **ibid.** 194
 Consistoriale beneficium non consueuisset prouideri consistorialiter asserenti, incumbit onus probandi. **153.1.258**
 Consistorialia beneficia duplici de causa ita dicta sunt. **152.1.248**
 Consistorialia beneficia aliqua ita dicuntur, quia reperiuntur scripta in libris Camerae inter consistorialia, non tamen illa prouidentur per Consistorium Papae. **ibid.**
 Ita vocantur, quia de eis disponit Papa, in Consistorio coram Cardinalibus. **ibid.** 249
 Consistorialia beneficia sunt monasteria virorum. **ibid.** 250
 Consistorialia beneficia esse monasteria & prioratus virorum excedentia ducentorum Florenorum estimationem dumtaxat asserentes, decipiuntur. **ibid.** 2.55
 Et de ratione. **ibid.**
 Consistorialia beneficia aliquem valorem non requirunt, vt consistorialia dicantur. & quare. **ibid.** 256
 Consistorialia beneficia non ideo esse definit prioratus & Abbatiae virorum, quamuis non reperiuntur scripta in libro consistorialium. & quare. **153.1.257.**
 Consistorialia beneficia prioratus & Abbatiae, quae & qualia denuo recuperata fuere per coronam Regiam, recensentur. **ibid.** 2.265
 Consistorialiter licet beneficium non prouideatur, non definit esse consistoriale si reuera est monasterium virorum. **ibid.** 1.259
 Consuetudo seu praescriptio non est legitima causa ad impediendam solutionem pensionis appellatione pendente. **24.2.74**
 Consuetudo soluendi decimam ex tritico fundi procedit, si seminetur milium. **157.1.315**
 Consuetudinem nominandi praelatos per Hispaniae Reges stare, etiam ante natiuitatem Caroli Imperatoris Francorum, ostenditur. **151.2.244**
 Consuetudine induci non potest, vt appellatio proponatur a maiori ad minorem, sed sic proposita viriatur ipso iure. **292.1.225**
 Contestatio. Ficta contestatio perpetuat ius executionum in 40. annos. **264.1.54**
 Per quasi contestationem & actum, qui illius loco habetur, perpetuatur actio in 40. annos. **ibid.** 2.57
 Contractus celebratus in vltima voluntate propriam amittit naturam, & eam assumit ab vltima voluntate. **7.2.22**
 Contractus plura continens capitula, si in aliquo fiat mentio officij, & in aliis simpliciter loquatur, intelligitur qualitas repetita quae informat omnem obligationem. **389.2.296**
 Contractus vna pars ab alia potest declarari. **ibid.** 297
 Declarandi facultas quae venit accessorie ad contractum, in heredem transit cum ipso contractu. **461.1.44**
 Qui cum alio contrahit, vel scit, vel scire debet eius conditionem. **490.1.58**
 Contradictio vbi est remota, appellatio etiam remota y y intelligitur.

intelligitur. 53.1.15.& 45
Contradictio ubi à iure sublata est, pariter & appellatio sublata intelligitur. 73.1.32
Contradictio contra collationem facta spreto patrono inducit non solum tacite presentante patrono intra tempus, sed etiam expressè, & etiam per appellationem interpositam à collatione. 106.2.137
Contradictio seu querela remota à iure tacite subintelligitur remota appellatio. 164.1.41
Contradictio nulla maior appellatione, & cur. 235.2.33
Constante contradictione partis appellata potest iudex delationem reuocare, & reassumere. 237.2.53
Contradictio, si per dispositionem remouetur, intelligitur etiam appellatio remota. 241.2.95
Contradictio quando comparet in provisione beneficii allegans suum esse ius patronatus, audiendum est in contradictorio iudicio, & sententia fertur diffinitiva, & appellatio vtrumque habet effectum in simplicibus, non autem in curatis. 144.1.173
Contribuere coguntur, qui tenentur ad Ecclesiam refectionem appellatione non obstante. 53.1.14
Controversa. Singulis controuersis vnum iudicatum sufficere. 392.1.317
Controversas, quae solebant oriri inter Consilium supremum, & Consilium Camerae super cognitione iuris Regii patronatus Catholica maiestas diremit per regis schedulas, quibus inhibuit omnibus tribunalibus, excepto consilio Camerae. 146.2.198
Conueniunt pro vna repetitione hereditatis, & tempore sententiae plures ceperunt possidere, an in petitione & sententia comprehensa intelligatur. 420.1.166
Et quid in iudicio vniuersali petitionis bonorum possessionis. ibid. 167. & 168
Corpus carens anima & spiritu vitali, quemadmodum manet frigidum, ita appellatio carens iustitia (cuius est anima) vt frivola mortua censenda est. 62.1.36
à Correctione fraterna licet negetur appellatio, tamen admittitur corrigente modo excedente. 273.2.18
Correlatio in vno si sit prohibita appellatio, in altero ex correlatiuis intelligitur prohibita. 41.1.19
Creatura omnes (dempto homine) sui creatoris praecipua adimplent in nihil transgredientes. 277.1.55
Creditor meus si conueniat meum debitorem, contra quem habet viam executiuam, pariter & ipse poterit executiue experiri. 161.1.12
Creditor sustinet imaginem debitoris, cuius debitorem conuenit. ibid. 13
Creditor rem in solutum accipiens, sit cautus protestari, vt re euicta, illa sibi sit actio prima, qua fidei iudices & pignora non liberantur. 345.1.162
Creditor euictionem pignoris debiti non debet, concurrentibus iuris requisitis, & quae illa sint. ibid. 163
Creditor qui obtinuit sententiam pro suo debito, euitabit suspensionem suae executionis, si offerat cautionem in forma depositi aliis creditoribus executioni oppositis anterioritatem praetendentibus. 361.2.66
Creditor cui actio suo debitori competens datur in solutum, quemadmodum potest illam in iudicium deducere. 385.2.252. & 254
Baldi mirabilia verba recensentur. 386.1.253

Criminalia. In omnibus criminalibus & notoriis, in quibus non est licita appellatio, tamen superferuntur in sententia executione, quando iudex superior dubius cognoscens per inspectionem actuum inhibuisset inferiori. 205.1.68
Quod declaratur vt ibi. & 69
in Criminalibus regulariter vbi est prohibita appellatio, intelligitur quoad vtrumque, & cur. 205.2.70
Cultus diuini aut animae favor non recipiunt appellationem, & excusant ab attentatis. 24.1.69
Curatores si iam bona minoris non habeant, quia finitum est officium, possunt hac exceptione euitare compulsionem executionis. 374.2.166

D

Dammum dicitur omnis rei diminutio seu laesio. 422.1.194
Dammum & deterioratio rei ipsam intus tangit, & pars est illius. 423.1.204
Dammum contingens in re est perpetuum: contingens autem in fructibus est temporale, & cur. ibid. 207
Dammum illatum in re post sententiam vsque ad realem restitutionem eius, executor potest per eius aestimationem soluere. 424.1.212
Dammum satisfactio, & aestimatio comprehenditur sub verbo (restituere) cuius haec propria significatio est. 422.1.188
Dammum satisfactioem verbum (reddere) ex propria significatione comprehendit. ibid. 190
ob Dammum tangens rem ipsam emphyteuta illam amittit, secus si tangat fructus. 423.1.206
ad Damna & deterioraciones rei censetur virtualiter condemnatus, qui ad eam restituendam simpliciter est condemnatus. ibid. 2.211
Damna rei illata quae & ad qualia teneantur. 424.1.214
Damna qualia dicantur, & cuius culpa accidisse praesumatur. ibid. 215. remissiuè.
Damna an compensentur cum melioramentis, factis in ipsa re. ibid. 216. remissiuè.
Damna tacite subintellecta sub condemnationis verbis, executor non excedit liquidare in executione. 434.1.55
Debitor licet possit soluendo interesse liberari, non tamen post sententiam diffinitiuam quae obligat praecipue ad tradendum. 306.2.18
Debitor annui redditus, si in executione vnus paghae omisit opponere exceptionem illam, poterit opponere in executione aliarum praestationum futurarum. 342.2.146
Debitor interdictus ne soluat suo creditor, si compellatur à iudice cum cautione indemnitate, an soluere debeat decimam executionis. 343.2.152
Debitor interdictus per iudicem ne soluat suo debitori, vel quod soluat alteri, an & quando teneatur appellare. 344.1.154
Et an debeat contradicere, & omni vti diligentiae, ne debitum ab eo exigatur. ibid.
Debitor compulsus alteri soluere quam vero domino, anteaquam soluat, tenetur denuntiare creditori suo. ibid. 155
Debitor iussu iudicis soluens alteri quam suo creditori, non liberatur si praecessit mora soluendi, illi etiam contradicens sequestro debitor. ibid. 2.156
Debitor etiam ante moram debet modis omnibus resistere, ne fiat sequestrum, & factum tollatur, aliis si sponte soluit & agnouit, non liberatur. ibid. 157

Debitor

Debitor soluens iudici aut apparitori exequenti liberatur. ibid. 158
Debitor competens actione personali pro qualitate debita, & lite pendente alienans rem, an sententia possit dirigi directò in emptore. 376.1.174
Debitor debitoris condemnati vt exequi possit, an & quando prius est conueniendus, & condemnatus coram suo iudice ordinario. 384.1.148. & seq.
Debitor censu conuenio pro vno anno decurso, si lite pendente maturauerit alius terminus, pro vtroque potest sequi condemnatio. 449.1.30
Debitum vt capi possit pro executione facta in eius creditorem, debet prius summam constare ex creditore illud ius habere. 385.1.251
Decima, cum clericis assignentur pro alimentis, dilationem non patiuntur. 24.1.67
Decimarum condemnatio an recipiat appellationem suspensionem. 25.2.63
Decimarum executio fit appellatione non obstante. ibid. 65
Decimarum solutionis tarditas continet peccatum. 24.1.68
in Decimarum causis commissis super appellatione non deservitur nisi cum clausula (sine retardatione solutionis decimarum) ibid. 2.73
Decimis ius affluit, & debitum est euidens, & ideo habent executionem paratam. ibid. 1.66
à Decimis ad tributa valet argumentum, quia illas reseruauit Deus in signum vniuersalis dominij. 23.2.64
Declarandi facultas non transit ad heredes. 457.2.6
Declarandi facultas praescribitur etiam per mille annos. 470.1.128
Declaratio iudicis à quo an sit deferendum necne, nihil detrahit virtuti appellationis, nec potentiae superioris, quominus iterum illam queat reuocare. 228.2.57
Declaratio interpretatiua sententiae facta per executorem, non inducit nouum grauenam. 459.2.27
Declaratio inest actui declarato. 460.1.30
Retrorahitur ad tempus principalis dispositionis declarata. ibid. 31
Ad eò inhaeret dispositioni vt censetur emanasse cum illa eodem tempore. ibid. 32
Declaratio interpretatiua debet esse congrua, scilicet quando verba cum patiuntur. ibid. 2.35
Declaratio interpretatiua quae. ibid. 39
Sustinetur facta circa circumstantias actus, secus circa eius substantiam. ibid. 40
Debet fieri non petimendo, sed exprimendo. 461.2.47
Debet esse verisimilis. ibid. 48
Debet fieri circa contenta in verbis sententiae, non autem extra limites verborum, & cur. 462.1.50
Declaratio interpretatiua verbi dubij, aut orationis confusa sententiae, etiam post diem naturalem peti potest. 470.1.127
Declaratiouis interpretatiuae qualitas quid. 459.2.29
Declarationem interpretatiua non alterantem condemnationem praecedentem potest facere executor mixtus. ibid. 26
per Declarationem interpretatiua sententiae quod obsecrum est illuminatur & detegitur. ibid. 28
Declarationem interpretatiua sententiae quod facit executores supremorum tribunalium absque excessu reatu. 461.1.42
à Declaratione interpretatiua iusta & legitima facta per executorem, appellationi emissa non est

Salgado de protech. Reg. Tom. 11.

deferendum, sicut nec ab ipsa executione cui haec inest declaratio. ibid. 45
Vide Interpretatio.
à Declaratoria incursus censurarum contentarum in Bulla pensionis appellari an liceat quoad vtrumque effectum. 361.1.84
Declaratoria incidens in iudicio executiuo, eius natura veltitur propria amissa. ibid. 2.86
Declaratus incidisse in poenam si sit conuictus & confessus non appellat. 77.1.74
Declinatoriam opponere debet captus, & ostendere titulum clericatus, cum sit fundamentum suae intentionis, de quo cognoscit laicus, vt fiat an captus de sua sit iurisdictione. 492.2.83
Decretum irritans contentum in lege conciliari, an & quando etiam ipsum Papam liget. 98.1.47
Decretum irritans potentius est reservatione. 134.2.72
Decretum non reuocatur in totum, sed pro parte excessus & erroris, quando ex actis de veritate apparet. 505.1.214
Decuriones ciuitatis cuius intuitu contraxere, & bona obligauerunt, non patiuntur executionem in propriis bonis. 374.1.163
Cognoscunt decuriones ciuitatis per capturam, vt exhibeant bona ciuitatis ad faciendam executionem. ibid. 2.167
Defectus proprietatis si constat tempore praesentationis aut collationis, proprietarius praefertur possessori. 142.1.160
Defectus tituli tertij oppositoris respicit iudicium plenarium, non executiuum. 169.1.122
Defectus in primo gradu, qui est causa aliorum successiuè, primo gradu euicto restituitur aduersus secundum, & iste aduersus tertium, & sic de singulis, quia influit in causato. 488.1.35
Defectu iuris concurrente cuo silentio decennij honestum non est, vt beneficium tanto fit temporis litigiosum. 260.2.18
Defensio. Si is cui primus locus defensionis competit, patiatur vt aliis cui negotium secundario tangit, agat, sententia lata illi prauidetur etiam non citato. 399.1.327
Plura reddunt exempla. ibid. 328
Defensio non sufficit, si non durat defensio. 237
Deferre appellationi tacite censetur iudex, quando concedit apostolos reuocantiales, seu remissoriales. 233.2.14
Deferre appellationi & terminu praefigere ad prosequendum non est idem. 234.1.20
Deiudicium per iudicem à beneficio vacante ipso iure, praemissa citatione, non est restituendus. 71.2.19. & 21
Delatio negata iusta appellationi sufficit ad recursum regium postulandum, cum sit pars & principium violentiae, ex qua animi deliberatio ad illam inferendum detegitur. 195.2.76
Delatio supponit appellationem tanquam subiectum necessarium. 208.2.18
Sine delatio fiat in casu appellabili, siue etiam vbi erat prohibita appellatio, quia iudex non poterat ad executionem ulterius procedere impediendo delationem. 232.1.2.
Delatio appellationis cum clausula (si & in quantum) pendet à iuris dispositione, quia non intelligitur delatum vbi ius prohibitionem prohibet. ibid. 3
Delatio appellationis & inhibicio pariter procedunt in tollenda iurisdictione, etiam iis casibus quibus iudex à quo poterat appellatione non obstante exequi. ibid. 2.4

yy 2 Delatio